

JEHOVA JUVANTE!
DISQVISONEM NATURALEM
De

UNICORNU

SUB PRÆSIDIO
PRÆCELLENTISSIMI
VIRI,

DN. L. SIMONIS FRIDERICI
FRENZELII,

Amplissimi Collegii Philosophici Adsefforis,
nunc Superintendenti Jess.
longè meritissimi,

*Dn. Patroni, Præceptoris, atq; studiorum suorum
Promotoris omni observantia cultu
devenerandi,*

Publicæ ventilatione sistit
RESPONDENS

M. CHRISTIANUS BÄTZEL

Medic. Stud.

In Acroaterio Majori.

Ad diem X. Martij

HORIS MATUTINIS,



WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS WILCKII.

ANNO M DC LXXIX.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
DEPARTMENT OF CHEMISTRY
530 SOUTH EAST ASIAN AVENUE
CHICAGO, ILLINOIS 60607

RECEIVED
JAN 15 1964

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO
530 SOUTH EAST ASIAN AVENUE
CHICAGO, ILLINOIS 60607

PRÆFATIUNCULA.

Habeo Dissertationem de Unicornu, vel potius de Cornu Monocerotis, in theses, haud quidem optimas redactam; (quid enim simul inceptum & perfectum est? Veteri quidem debuissim in eam materiam, quæ non minus propter raritatem, quàm difficultatem magna & præclara secult huius ingenia ancipitia tenuit, ingenii vires periclitari; Nihil fecimus tamen non desistendum, sed iudicii nervos intendendas davi. Absolvitur igitur tota Dissertatio, postquam de existentia & differentia bestie Monocerotis, quodam præmissimus, in enodandis causis Signis Diagnostice, proprietatibus, modo inveniendis, loco ac deniq; virtutibus. Tu verò *Jehora Jyval*.

HAut immerito inutilem illam & nimis curiosam hominibus notationem, quæ in initia aliàs disputationum præmi solent cum Galeno, Criticorum non minus, quàm Medicorum Principe *lib. de symp. diff. c. 1. de industria* ibimus proscriptum, non tamen cognitu necessariis planè habitis insuper, cum non tantum Galenum ipsum *l. simplic. med.* vocum concutbatum usum, rerum ipsarum cognitionem perturbare doctè edifferenter percipimus, sed & ut *γὰρ αὐτὰ μὲν ἴσως* *Jul. Caf. Scalig. Exerc. 359.* injungat, ut à nominibus auspicemur, quippe τὰς τῆς Φωνῆς ἐστὶ τὰς ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ὀνομασίας, teste Philosopho. Prodit autem vox statim compositionem, derivata ab uno & Cornu. Unus

ag. Unus vero quibusdam est ab *ovis*, quae sententiam Latinè
 rectum formant ex obliqua; Alii negant obmutuam vocalem,
 verum nihil promovent, etiam ab *zohico* *Unus* fit ulcus. Ideoq;
 aliud est, quod *Gerhard Voss* in *Lex. Philolog.* hanc sententiam
 huius reddidit & minus verisimilem. Nam *Æoles* dicebant *ovis* pro
ovis solus, unde *ovis* *ovis* solum, seu solitarium vivere. Re-
 ctius ergo unus ab *ovis*; ut *ovis* punicus à *ovis* poena. Alte-
 rum quod concernit, sc. à cur voce legendum esse contendit *Var-*
ro LL. & Scalig. Sed rectius forsitan sepsere *Angelus Policianus*
c. XIV. miscel. *Angelus Caninus* in *Hellenism. Alphabet. Jos. Scal.* in
Varronem & alii plures, qui derivare maluerunt à Syriaco *Carna*
 pro quo Arabes *Karn*, Hebraeis *S.* *Spa* quo *ovis*.

6. II. Antequam vero in ipsam rem descendamus, in antecessum
 exponendum ducimus, quae imposterus dicendis multum lucis
 scenerari posse, nulli dubitamus. Cum enim ipsum Unicornu vo-
 cabulum diversimode à Scriptoribus accipitur, hisce prætermis-
 silem facile accidere posset, ut in progressu, aut remora injiciatur, aut
 tedium irrepit. Ante omnia igitur notamus, vocem unicornu sumi
 apud Autores vel in sensu generalissimo, vel generali, vel speciali
 Generalissime tam artificialibus, quam naturalibus tribuitur, &
 respiciendum hic volumus ad Scholam Medicorum, quae vocem
 Unicornu non rigore semper accipit. Quemadmodum enim
 opiata & sinapismi obvia ibidem sunt, non quod talia medica-
 menta opium aut sinapis ingrediatur, sed quod illud consisten-
 tiam opii fortassis representet, hoc vero vim incidendi, seu aperi-
 endi habeat. Ita etiã apud *Schröder: Pharmacop. Med. Chym. lib. III.*
c. IX. & alibi invenitur Unicornu Solare: non quod unicornu
 rum ejus basin ingrediatur; sed ni fallor propter virtutem, quam in-
 ter se commune habent. Cæterum quoque notum est, quod media
 stipitis pars in Cruce Christi à S. Patribus unicornu denominata
 fuerit. Confer: in hanc rem *Tertullian. Cap. XI. lib. contra Jud. 16 D.*
Georg. Calixt. in Not. ad Lipp. de Cruce. Dn. D. Dilber. in animadver-
sione ad crucifixionem: Verba ejus sunt hæc. Unicornu id est crux illa
 dicebatur partim quod incurvum emineat, partim quod sine pari in
 medio stipitis, velut in media animantis fronte extiterit. vid. *Bartbo-*
pin: c. 23. p. 149. & seqq. de Unicorn. Unicornu vero; Cornu & obur
 fossilis

fossilis, Lapis Cératites, qui est lapis coloris, laevore, interdum
 ipsa formâ cornu referens, gegraben Elffenbein &c. notissimû est.
 Et invenitur in variis locis Germaniæ prope Elbingerodam, O-
 pidum Comitatus Stolbergenfis, prope Heidelbergam & Hildes-
 heimis, item in Moravia, Silesia, de quo *Ephemer. Germ. An. 1724.*
 Saxonia, Hassia multisq; locis aliis; insignem etiam nonnunquam
 contra Epilepsiam, fluxum Epidemiam, febres malignas &c. juxta ef-
 factâ Germaniæ Aesculapii, Sennerti Scient. Nat. lib. 4. c. 4. p. 423. ob-
 tinet. Vulgò quidem incredibile videtur, magisq; putat, ossa ista à
 bestia Monocerotè diluviò catholico, seu alia quacumq; causa ter-
 ra oblectâ, carnis & aliis partibus consumptis remansisse. Verum
 cum iste error à Scaligero jamdudum Exerc. 250. aliisq; sit explo-
 sus, ei rei non immorabimur. Formam quod attinet, dicimus
 cum Schridder. l. c. Materiam hujus potissimum margam esse, aquâ
 subterraneam lapidescente irrigatam & fluida redditâ, pro diver-
 sitate matricum, in quas fluit, vel pro diversitate rerum, quibus se
 se insinuat sc. lignorum vetustissimorum, cornuum, ossium subter-
 raneorum, varias quoq; suscipere figuras & odorem. Qui hæc non-
 dum satis faciunt audiat, Athanas Kircher. Dial. III. Itiner. Ecclat. c. 1.
 p. 141. ita differentē Natura in medijs Aëtatib; lapidibus, marmorib;
 aliis, imò profundissimè terra reconditis saxis tum humana figura, tum
 cæterorum animalium vegetabiliumq; formam insculpsit. Gaudet
 namq; hujusmodi rerum ludibriis, Et uti omnia in omnibus esse o-
 stendit, ita pro conditione singulorum entium gradibus laborat, quan-
 tum potest, ut si non sensum, saltem vitam, si non vitam, saltem figuram
 nudam ita, ad universi decorem Majestatem attestandam imprimat.
 Plura talia exempla ex optimis Autoribus D. Philipp. Jacob. Sachs
 à Lewenheim. collecta exhibuit in Gammarolog. L. 1. c. 7. §. 6. &
 seqq. de figuris lapitum tam sine coloribus, quam cum coloribus,
 à natura lythogenetica, optimum Pictorè agente, inscriptis. Non-
 ne Rupem in Hercinia Sylvâ, memorante Zeiler. in Topograph.
 Ducatus Brunsvicenf. fol. 3. efformavit, quarum à figura monachi
 æmula altera Hansi Münch / altera Hennich Münch vocatur? In
 Insula Melita rupem maritimam, à monte seorsim dependentem,
 Monachum suspensum exprimentem, qui vulgò II. fratre impic-
 cato

Bato vocatur, reperiri testis est Kircher. I. VIII. mund. Subterr. S.
 2. c. 2. fol. 77. In monte S. Cathar. vidit. Dn. de Monçonny in Itinerar.
 Egypti p. 248. rupem elevatam, quam incolæ ferunt habere for-
 mam corporis foeminae cum stomacho & mammillis. Hominem
 torum siliceum mammas tenus in Museo suo possedit Olaus
 Wormius L. 1. sect. 2. c. 13. exacte caput, collum, humeros, pectoris
 summam, oculos, nasi protuberantiam, scapulas ac colli muscu-
 los referentem. Confer. Thom. Bartholin cent. III. ep. 4. p. 21. imo
 manum scætam affabre à natura, quamvis paulo rudiore scalpro
 paratam in Museo suo possedit D. Sachs, in Gammarolog. p. 159. de
 pedibus, costis, tibiis aliisque lapideis partibus vid. Athan. Kircher.
 in Mund. Subter. L. VIII. f. 2. f. 60. it. Ephemerid. Medico Physic.
 German. Annus primus p. 132.

§. III. In universali sensu prædicatur unicornu de in a-
 nimalibus, iisque ferè universis brutorum generibus, sive
 sint Natatilia, sive volatilia; reptilia, vel gressilia, sive insecta.
 Quæmadmodum Aristoteles pro nomine adjectivo & generali
 accipit, significans omne animal unum cornu habens, qualia in
 Græco sunt *ἄκων* & *ῥίγων*; similiter Latini. Unicornia, bi-
 cornis, tricorns &c. Ejus verba lib. 2. d. *Histor. animal. c. 1*. Ubi de
 animalibus cornigeris ipsi sermo est. sic habent: *Ac solipes* idemq;
 unicornæ est, quæquæm rasum. Asinus Indicus etiam & unicornis
 & solipes Mæx subjungit: Unicornu vero idemq; bisulcus Oryx
 est. Postea l. 6. c. 36. mentionem facit onagrorum de quibus *Vare*
lib. 2. de re Rustic. quem vid. Qui verò varias animantium species
 plenius cognovisse satagit, ad eam haut gravatim de *Natalibus Do-*
ctissimæ Clysium lib. 2. exot. c. 27. ubi iconem alicujus bellæ mari-
 næ ingenti cornu insignitæ, quæm Batavi ex India Orientali An.
 1601. reducere secû adduxerunt exhibet; Olaus Magn. l. 21. c. 10. Albert.
 M. in Monocerotæ, Rondoserium, Jonston. Olearium lib. 3. Itin.
 Persic. c. 4. fol. 175. De *volatilibus* Clariss. Barthol. d. Unicornæ,
 Dion. *Histor. Persic. Scriptor. ap. Cornel. Nepot. Ludovic. Urreta*
Monachum Franciscan. l. 1. Histor. Æthiop. p. 344. Alian. lib. 17.
Histor. animal. c. 10. De Reptilibus iterum Thom. Bartholin. l. c. p.
 60. *Andream Bæc. l. de Unicorn. p. 53. Albert. M. De gressilibus*
Cæsarem lib. de bello Gallico boves unicornes describentem, Plin.

1. *Erasm. Stella Antiquitas Boriss. Scallig. Ruero. 266. Sec.*
 7. Rhinocerotem vide sis apud Plin. lib. 7. c. 26. Diodor. Sicul. lib. 4.
 bibl. Strabon. in 10. Artemidor. aliosq; in numeros. Asinum Indi-
 cum ap. Aristotel. l. c. Eliam l. 4. de animal. c. 92. Plin. lib. 11. c. 17. Bar-
 tholin. p. 18. Orygem. ap. Plin. & Aristotel. l. l. c. c. 1. Spor. cornu-
 tot. apud Barthol. cent. 1. hist. 36. Equum cornu. apud Nieremberg.
 l. 9. hist. peteg. c. 2. & Barthol. prol. de unicornu. c. 29. Gallum Gal-
 linacum ap. eundem centur. 1. ep. 30. p. 126. qui arte sapiens per cal-
 caria. propria insita cornutus redditur. De hominibus verò cor-
 natis proferte plura super sedemus de industria. Præ ceteris. mee-
 morandus Franciscus Trevilavius Gallus, cui cornu arietinum in
 medio frontis parte succrevit, Parisiis visus anno 1599, quo de
 Tenax. l. 1. 29. Joh. Renodag l. 3. meth. med. c. 2. Aldrov. in histor.
 monstr. ab ambrosio sua edita f. 125. Nec non mulier. Hollanda 70.
 annorum, cui in capite cornu succrevit, quæ de Barthol. cent. 1. hi-
 stor. p. 28. c. Patavina virgo in fronte corniculata, de quâ Job. Veslin-
 gius. Plura exempla vide in Ephem. Germanic. A. l. p. 103. 104. 105.

§. IV. Jam ex diverticulo ad Unicorni speciem illam speci-
 alissimam, quæ germanicè dicitur das Einhorn. Græc. *μονόκερ*.
 attico pronuncjandi more. Recem Remena Hebr. Chald. Reim. Al-
 cherchedem Arab. juxta Bullupet. Ibo. Isra. fidelissimum Interpre-
 tem Brachmanorum dialecto cartazonon. Gallis Lycornu, Ali-
 cornu & Licorno Italis. Cujus descriptio à propriatibus quibus-
 dam & novis distinctis desumpta apud probatos. Autores sic ha-
 bet: Est bestia quadrupes unico eq; prælongo cornu in fronte
 prædita, indomita, ferocissima, solitaria Arabia, Syria, Ethio-
 pia atq; India Terra plerunq; incolens, equi magnitudinem
 & jubam, caput, pedes, crura cervina, caudam raprinam, aut su-
 illam, habens, durissimamq; edens vocem; Confer. B. Speri, Zool.
 de Monocerot. c. 6. q. 7. Cardanus, Scaliger aliq; Iconem vero
 ejus videtis ap. Jonston. Histor. nat. Tab. X. de quadrupedum.

§. V. Absoluta *μονόκερ* in animo sedet ad ipsum
 cornu (unicornu) discursum dirigere; præmittere tamen te-
 neor. duas quæstiones non levioris momenti; nimirum utrum
 tale animal à reliqvis animalibus, prout supra monuimus, distin-
 ctum revera detur, & quodnam demum illud sit? Quippa non

Aduert, qui existentiam eius simpliciter negare non erubescunt;
 Præter vulgum, Monocerotem nunquam ab ipse mundi ig-
 nantibus extitisse, vel ad minimum in cataclysmo catholico in-
 terfuisse asserentem *sancti Garzia ab Herro*, Teste *Boet: Animad-*
uert; Sacraquæ lib. 3. c. 1. pluribus annis quibus in Indiavit,
Pro-Rege Medicus, matorumq; de Indigenis Doctorum Kiranus et
Regum familiaritate usum, quæ quædam diligens rerum hanc scrip-
tator, non tantum Unicorni videre non potuit, sed neq; certi quic-
quam de ipso addidit, nisi quod nonnullos se conuenisse scribat, qui
in extrema Africa ora, exortui biberuo obuersa, animal quoddam li-
*nicornæ se vidisse affirmarent, sed us isti (pergit *Boet. l.c.*) curâ non*
paverint, nihil tamen hoc ad decantatam illam bestiam unquam, quæ
cum quæ ex ipsorum notis parum communi habet, vulpore & ampho-
*bium & corna præditum, duos tantum palmis longum & *Job. Hugo**
Linschotius XII annos in Urbe Goa Indiæ Celeberrimæ, postquam
nullum ibi vel d'v'na, vel certa fama unicornem unquam ag-
*cepit, cum pro mero figmento habere mavult; ira eam in *Rin-**
gario suo Cap. 47. Cum nullus adhuc alium monoceros inuentus sit
aut cognitus nisi rumore & picturis, itaq; in Indis & Arabijs
*conferentibus spe videndi Monocerotem, ræm evenit, quod *Lustan,**
*qui de populis Elebriferis inquirens risum debuit incolis. Sic *Am-**
dræas Marinus, qui peculiari Libello Italice conscripto, rem op-
tam fundamento exensisse vult, statuit, ficta esse omnia, ut
vulgi errore orta; quæcûq; antiqui & illos locuti recitationes de
monocero, tanquæ peculiari belluæ; ab aliis unico cornu prædi-
*tis distinctis scriplere. Assentientem habet *Ambrosium Patrum**
Chirurg. lib. 20. c. 39. qui etiam adductis multis Autorum rationi-
bus, eas tamen consentire non animadvertens, demum concludit,
Unicornu hanc esse proprium animalis existentis in rerum natura
nomen, sed rem planè commentitiam & pictoribus & rerum na-
turalium scriptoribus ad legentium & spectantium voluptatem
pro arbitrio effictam. Plures in hac sententiam euntes in præ-
senti adducere nil attinet, eos tamen audire cui volupe est, adeat
*citatum *Boet. l.c.* it *Bochard in egregio hierozoico Lib. 3. part. 1.**
c. 27. Nos rationes potius, quibus commotissis adspulati non
potuimus ea, quæ licet brevitate adiungimus,

§. 6. Loquitur autem ipsa Scriptura S. (cui vel minimam
 injuriam inferre piaculum esto) in ipsius apologiam. Etenim
 quid ista loca sibi velint V. C. Ps. 21. v. 22. Salva me ex ore Leonis
 & cornibus Unicornuum humilitatem meam. Ps. 92. 11. Exaltabi-
 tur sicut Unicornis cornu meum Ps. 77. v. 69. Et edificavit sicut
 unicornium sanctificium suum in terra. Ps. 39. 6. Dilectus quem-
 admodum filius Unicornuum. Et descendens inquit Esaias c. 34. 7.
 Unicornes cum eis & tauri cum potentibus. Confer. Job. 39. 12. 13.
 Num. 23. 22. Deut. 33. 17. &c. quam ut fortitudinem sub allegoria,
 vel aliud quid designent, fundamentum tamen in se habeant. Quo-
 rum ita sint, profecto actum est de omnibus, quae in con-
 trarium afferuntur, rationibus. Sacrarum quippe Literarum testi-
 monio contradicere, indubitatum semper extremae impietatis fuit
 argumentum; ut nulli dubitemus, post habitis etiam autoritati-
 bus & observationibus humanis, veritati per illud vindicatae, tri-
 umphum canere, inque eodem solum acquiescere. Quamquam etiam
 non desit Autoritatis & experientiae humanae pro nobis loquentis
 copia, quam tamen in praesenti in scenam producere, cum nimis
 prolixum foret, quaedam potiora ejusdem attingemus. At vero
 cum P. Casp. Schott. phys. curios. Part. II. lib. 7. proem. B. L. *augur-
 ia agimus, rogamus, ne aliquorum more tam sit ab humanitate alie-
 nis, tamque humanae fidei adversus, ut nisi oculis suis credere nolit,
 quodque testes omni exceptione majores sancte asserunt, fastidiose re-
 jiciat. Non omne quod admirationem parit & nostram effugit dy-
 versitas, veritati obstat; nec quod rarum & nobis non visum falsum.
 Innumera sunt, quae antiquitas fabulosa putabat, frequenter tamen ex-
 perientia & quotidiana fere diversitas posteris non credibilia modo,
 sed etiam contemnibilia effecit. Nec est, quod Testium, quos pro-
 feramus, quis fidem habeat suspectam, quibus nulla causa subsit,
 ut fallerent, aut fallerentur, nisi a gravissimo Aldrovando hist. nat.
 Quadrup. l. c. 6. f. 190. ita informari velit: apud quos nostra respon-
 siones caritura sunt fide, eos ego dixero carere intellectu, qui ipsum
 sensum negare audent.* Ego autem, inquit modo laudatus Schott.
 l. c. p. 1074. statuo ita, certum esse inter animalia alia unum esse,
 quod proprie & per antonomasiam, dicatur Monoceros s. unicor-
 nu; atque haec verba tanquam *ἑνὸν κέρας*, postquam variorum Au-

torum sententias inter se conciliavit, verumq; à falso distinxit, adjungit. Maximam vero fidem inter omnes Ludovici de Barthoma Bononiensis, quem etiam Clarissimus Bartholinus nobis commendatissimum esse vult, & Scaliger Exerc: 205. Virū optimū salutat, relationibus tribuit. Is enim seculis abhinc duobus Orientalem Indiā omnem curiose lustravit & Persidem Africanasq; oras adnavigavit, prout Itineris in Itinerar: ejusdē e. 17. ostendit series: *Cum vero Mebam flouidam Arabia deserte Urbem cum Mamelucis sociis itineris ordine pervenissē, lustrato primū celebrī Mabometi templo, ad aliud. latus Fani conversus Monoceros per antonomasian dīctos binos simul inclusos, ea qua potui curiositate, tanquam rarissimum oculorum meorum objectum, consideravi, quod testatur de eo lib. 1. de Arab: c. 16. p. 20. Celeberrimū Bartholinū de Unicornu p. 163. & seqq. ita dicit. Testantur nobis id ex Regno China reliquiū, India locū in Europam inde reversi Mercatores & Nauta, qui cum furtivo pede itinerum vastitatem emittentur, per deserta Arabia & incultas alias solitudines, ob fuga metum, in Sylvis biviiū, feram hanc Monocerotem non sine terroris sensu. viderunt, sed tantā esse pedum velocitate, ut ex oculis decerpentē subducta, accuratorem spectantibus sui contemplationem eripuerit.*

§. 7. Possemus hæcenus prolatis quam plurima Autorum fide dignissimorum loca addere, nisi instituti ratio, quæ aliud agere monet, prohiberet. Plenius tamen hæc scire avidum remittimus ad eos, qui ex instituto de illius existentia differentiaq; multa tradiderunt; ut Aldrovandum l. 1. de Quadrup. Cap. d. Unicorn. proprie dīctō. Andr. Baccum tractatu pecal. de Unicornu, et Thom. Bartholin d. Unicorn. Paulum Horatium l. 18. Histor. loquentem de magno Gogiano Africa & ortu Nili. Marcum Polnm l. 3. c. 15. Albertum M. l. 22. Cardan. l. 10. Subtil. Scalig. Exerc. 205. &c. Videant autem alii, quo successu adeo temere contra Scripturam Sanctam & verissimam disputent, quantam injuriam huic & Deo inferant. Quid enim vanius hisce consequentis: Hic, vel ille Monocerotem non vidit; Autores in describendā ea non consentiunt, Ergo plane non datur. Fallunt & falluntur. A nostra ignorantia ad rei negationem argumentari velle absurdum, verum absurdius à dissensione Autorum in re aliqua, ad ejusdem negationem prolabi.

§. 8.

§. 8. Sed dubiam forsan adhuc sententiam nostram illi reddent, qui Monocerotem perperam cum Rhinocerate, vel alio quodam bruto confundunt; atq; hunc pro illo in S. Textu substituendum volunt, cujus opinionis fuisse Tertullianum legimus *l. 2. cont. Idol. c. 10.* & ejus Scholiastem Pamelium, D. Gregorium *l. 7. Moral. c. 13.* D. Isidorem *l. 12. Origen. c. 2.* Albert. *M. l. 2. 2. d. animal.* Ariam Montanum, aliosq; nonnullos veteres & recentiores Scripturæ Sacræ interpretes. Nec ab his abludit Kippingius in antiquitat Rom. cujus verba adjicere placet: *Andr. Baccius, Cass. Bartholin secundum Aristotelis, Plinii, Æliani, Marci, Ludovici Barthemani, Ludovic. Catamusti, relationem contendunt, esse animal diversum ab eo, quod Rhinocerotem vocamus, feram maxime peregrinam in Asia desertis reconditâ vel in Groenlandia campis nivosis, s' fama vera est ap. Petrum Bertium in Tab. contractio l. 2. p. 65. Atq; Specierum nulla interiit, hætenus, proinde quacundq; de Reem cornigero animante in Sacris dicuntur literis, toties, quando Unicornû hodie non exstat uspiam locorum, verissime censerî debet pertinere ad Rhinocerotem, ferocissimum Elephantis Inimicum. Quæ contra differuntur (ita pergit) à Julio Scalig. Exerc. 205. Laurent. Favero in Viridar. Philosoph. p. 75. seqq. ea minus firmo stant solo. Nam picturis citra rationes haut quicquam tribui debet, & cornua illa, quæ parisorum, Metensium, Argentoratensium, Venerorum, Florentinorum, Mantuanorum Thesauris rarioribus ostenduntur, quæq; alias circumferuntur medicamenta adversus venena, non quidem animalis cujusdam sunt, verum fossilia & è terra minerâ eruantur. Hac Ille.*

§. 9. Videmus hic quomodo Kippingius vera falsis misceat, sed tanti ponderis non sunt, ut à veritate semovere nos possint. Quin potius quæ Mercerus ap. D. Sebast. Sohipid. Theol. & PP. Argentorat. : in *Comment. super Jobum c. XXXIX. p. 1471. v. 12.* habet, placent: 𐤇𐤍 ait pro 𐤇𐤍 Monoceros, sicut & in *Psal XXII. 22.* 𐤇𐤍 pro 𐤇𐤍 Monocerotum Aleph. quiescenti facto, hic à pro N. Noster interpres Rhinocerotem vertit animal quod in narceunico habet cornu, idq; exiguum, ut nomen sonat. Sed Monoceros rectius dixeris, ut Hier. hac

omnia de eo exponit, & sic vertunt Græci, & Hebræi de eo potius videtur hac exponere, quam de Rhinocero. Monoceros enim habet in fronte cornu unicum oblongum & prominens, quo maxime valet, ut & id robustum est, unde & Hebraum nomen inditum apparet à מונרוטו fuit, ab altitudine & prominentia cornu, nec plura habet cornua, ut Elias ex Deuter. 23. putavit, ubi scribitur cornua eius cornua Monocerotis. Est enim eo loco singularis pro plurali. i. e. Monocerotum, confusio namque numerorum in hac lingua frequentis est. Et quid multa? ita etiam B. Lutherus vertit: *Meinestudas Einhorn*. Taceo LXX. Interpretum Gallorum, Italicorum, Anglorum, Belgarum aliarumque; Magnorum Virorum interpretationem, qui omnes ad unum non conveniunt, sed ut consensu vertunt. Nicolaus quidem Venetus in Itincr. ad Indos tamen Rhinocerotem analogice Unicornem dici posse contendit; sed perperam inquit Gerard. Joan Voss. *de orig. & progress. Idololat. C. LVI. p. 10, 20.*, quando ipse agnoscit, Monocerotam cornu illud, quod bipedali habet magnitudine, in fronte gestare, non nare, ut possit rhinoceros h. e. naricornis dici. Non enim si unicornem, eo & naricornem recte dixeris, sed fronticornem, vel cornifrontem, quomodo de bobus Livius Andronicus ap. Nonnium ait: *Tu cornifrontia pascere armenta soles*. Hinc Teste Pausania & Jul. Cæs. Scaligero in *Exerc. asserit, aliud Rhinocerotem, aliud Monocerotem esse, & quidem hunc habere unum cornu, illum vero geminum, unum in fronte pusillum, alterum in nare robustissimum.*

§. 10 Adhuc alios reperies qui hocce מונרוטו de bove vero exponere satagunt, in quam sententiam Boet: *lib. 3. animal. seqq.* inclinare videtur, quem tamen pluribus ap. Borchardum in *hierozoico. f. 048.* refutatum vide; ubi simul aliquot rationes de Uri inter Ebræos ignorantia adducuntur, & quod Uros alibi fuisse, non constat, quam in Hercynia Sylva, aut locis parum remotis. E contra vero Idem Bochart: *l. e. מונרוטו* non in boum sed capreatum sensum refert, propter testimonia Chaldaeorum, Arabum, Ebræorum, ita ut Arabum: Algazel, cuius species est Reem, habeat longa & acuta cornua, quibus feriat adversus feras &c. Tandemque definit in Oryge animali Egyptiis ac proinde Israelitis pro-

probe nota. Sed neq; hæc summe Reverendo D. Doct. GEIERO in *Prælect. sup. Psalm. David 22. v. 22.* satisfacere possunt, quibus gravissime suam *iniquitatem* ibidem addit, *Orygia, inqviens, descriptio ap. Gesnerum non male quadraret ad Scriptura loca, ob cornuum soliditatem, acumen & pugnacitatem &c. modo notorietas animalis hujus probata esset plenius.* Manet ergo Monoceros animal à Rhinoceros, Oryge, Uro, Capreis alijsq; supra enumeratis cornigeris distinctissimum.

§. 11. His ita præsuppositis, doctrinam de Cornu (Unicornu) plenius persecuturi, ex ipso Philosophiæ fonte eam quoad fieri potest, haugiemus *Arbitramur vero, tunc rem nos vere scire, quando eam per causas cognoscimus, scribit erudite non minus, quam vere Scalig. in Epist. ad Sebast. Gryph. Atq; hanc doctrinam tanti fecit Laurenberg. Rhondolet. ut part. 2. c. 1. p. m. 152.* in hæc erumperet verba: *Causa sicut homini ad cognoscendum data, ita, qui eas concipit animo, in demum dicendus est homo.* Insinuamus, proin reliqua dicenda his verbis: *Unicornu est pars similis bestia quadrupedis Arabia, Syria, Æthiopia atq; India inter, à media ejus fronte crescens, longitudinis bicubitalis & quod excurrit, intus candidum & splendidum, foris pallidum & subnigrum, non cavum, aut leve, instar aliorum cornuum, nec planum & aquabile, sed durissimum asperissimq; in spiras quodammodo revolutum & in mucronem acutiorem desinens, eximium in Medicina usum præbens.* conf. Ionston. l. c. B. Sperl. Franzius &c.

§. 12. Supponimus partem, quia probabilior nobis sententia videtur, quæ cornua non velut excrementa tantum protrudi, sed vere & proprie animata esse, & quod huic connexum est, vere & proprie nutriri. Hinc declarationem ordimur ab efficiente seu forma, de qua anxie quidem adhuc quæritur, an ea anima bruti sit nec ne? & per consequens, an cornu per animata istam vere vivat, nutriatur & crescat? Sentit quidem ac dissentit Philosophorum & Medicorum cohors, quos omnes in præsentem evolvere, nimis prolixum foret. Est tamen vulgarissima opinio; Cornua velut ungues inter excrementa esse referenda, cum ex tertie coctiones excrementis crassioribus, vapore se fuliginose, lentore quodam prædito, à facultate expul-

trice ac calore ad cutim perforatam propulso, ita ut fuligo pos-
 ssa juxta radicem cornuum (sicut & ungvium & pilorum) sem-
 per nova alia succedens priori, ob lentorem cohaereat, eamq; è
 fundo continenter protrudat, generentur. Sed vero an ungvēs &
 pili à calore tanqvā efficiente principali formantur, ingens postu-
 latū est. Ideoq; non mirū, si falsa hypothesis falsā post se relinquat
 conclusionem. *Si calor inquit B. Sperling. in Anthrop. Phys. p. m. 603.*
è tertia coctionis excrementi format ungvēs, cur non in naso tentat,
vel in auribus? Adest enim & ibi calor; adest etiam excrementum,
non minus, quam in extremis manuum, pedumve. Non sane novit
calor, ceu accidens ungvium magnitudinem, figuram & substantiam;
nescit usus, quos prestant pedum & manuum operationibus. E-
dem fere verba leges ap. Scalig. Exer. 6. Quid ergo votat, quòd Uni-
cornu non minus quam ossa, cartilagine & carnes cum B. Spert.
in Zool. c. 11. p. 131. ad partes similes continentes referamus.
 Habet enim in se Spiritum & vitam, vere nutritur, augetur
 verè, cohaeret cum toto, ab eoq; agrè divellitur. Subnascitur
 jam sponte argumentum. Q. in se Spiritum ac vitam habet;
 imò verè nutritur, augetur, cum toto cohaeret, ab eoq; agrè divel-
 litur, illud est pars totius. Atq; de Unicornu verū est prius, ergo &
 posterius. Major fundata est in definitione Partis, quam pro-
 batam (1) ratione participationis communis cum toto vitæ. A-
 nima enim omnes sui subjecti partes informat, animat & vivi-
 ficat, contra vero, quod vita caret, m. anima caret, veraq; corpo-
 ris pars non est. Quemadmodum in Sphacelo (*qui juxta Galen.*
corruptio in àxi, vel Peccetium omnimoda mortificatio est) arti-
 culi emortui partes corporis non sunt; quia non vivunt; æqui-
 voce quidem partes vocantur, prout oculus vel manus picta. (2)
 Ratione nutritionis veræ & auctiois. Nutritio autem hic vera est,
 quæ fit secundum trinam dimensionem, mediantibus nutritionis
 vasis (3) Ratione coæssionis. Unio ceste ad partem requiritur &
 divisum à toto ad id non spectat amplius; imò ita cohaereat, ut
 agrè divellatur. *Secent inquit Celeber Hoffmann. l. 2. c. 18. non*
considerantes totos ungvēs, sed eam partem, qua tantum existat, illam
partē, qua carni adhuc adhaeret, & dubitare desinent de sensu doloris.
 Minor vero easdem, quas ad majorem dedimus probationes
 agno-

ignoscit. Cum enim nondum formas brutorum quispiam nominare possit, nec describere, nisi à posteriori, etiam non est, ut aliquis hujus formam à nobis definiendam expectet. Colligitur tamen unum ex altero. Q. vere nutritur, vitam habet, & vice versa. Porò Q. nutritur cum toto, cum eodem etiam cohaeret & greq; divellitur. Unde quæso Unicornu in longitudinem bitubitalem & ultra exeresceret, nisi nutrire & augetur? Dicitur augefi quidem, sed non per veram nutritionem, quia nullæ venæ & arteriæ, nutritionis organa, per eorum substantiam dispersæ videantur: Sed divelle cornu, quamvis deciduum aliàs quotantis, sed tenèriter adhuc adhærens, & deprehendes, organa materiam nutritionis communicantia: quanto magis hic, ubi cornua cranio continua observantur, nutritio concedenda venit. Totam substantiam cornuum ut venæ & arteriæ penetrarent, non erat necesse. Dentium tibiærumq; substantiam venæ non ubiq; tangunt, quis autem dicat, eas non nutriri. Sufficit quod poris suis cornu gaudeat; per quos alimentum ad omnes partes transire potest, quemadmodum etiam pili suos poros, teste *Cl. Senguerdo C. VIII. quæm in rem eam Gerbard. Leon. Blas. in Comm. Job. Vesling. p. m. 224.* adduxit, habent. Neq; huic contrariatur durities & soliditas Unicornu. Cuiuslibet etiam vitro sui sunt pori, quamvis solidissimū videatur, uti satis notum.

§. 13. Similarem vero partem esse, haut prolixa adeo probatione indiget: Mover quidem statim circa appellationem J. C. Scaliger. lib. 1. de Plant. litigium, quia alias prædicatio denominativi non potest tribui primitivo ejus, d. accidentibus tantum, quæ in illa substantia insunt; putatq; mutuam respectum relationis, quæ juxta illum in primariâ vocalatet, negligi, adeoq; rectius forsan consimilem, quemadmodum è contrario incondisimilis est, vocari. Assentit eidem *Nicolaus Florentinus Tract. 1. part. 1. c. 30. appellans membra alia consimilia, alia composita vel officialia.* Quomodo cumq; ergo voces, nobis idem est, modo in re conveniamus. Sufficit utrisq; suam naturalem obtingere constitutionem., vid. *Galen. 1. d. element. c. 8. seu ut est 8. de placit. Hippoc. & Platon. c. 4. B. Sennert. Inst. Med. L. 1. c. 3. B. Sperling. Anthropol. C. 2. p. 321.* Quod vero rem spectat, duplicem similis pars cum toto conveni-

mentiam habere debet, nomine sc. & rei. Sic univ[er]sa particu-
 lula Unicornu eandem invicem retinent essentiam, idem nomen,
 Quævis particula de eo vocanda unicornu. Nam habet eandem
 naturam cum toto, non secus ac quælibet aquæ particula aqua est
 & vocatur. Est quidem adhuc distinctio in partes similes primas
 & secundas, quia in quibusdam forsitan major simplicitas quam in
 aliis; verum cum secundæ non univoce, sed analogice potius simi-
 lares dicendæ veniant, relinquimus eas cum *Cl. Riolani Phys. sect.*
s. c. 2. p. 83. & inter primas Unicornu cum osse, cartilagine, fibra,
 membrana, ligamento, tendine, carno simplice & cute referimus.
 Evincunt etiam id ejus partes integrantes (nam essentielles, quales
 elementa, vel ut infra dicemus terra heterogenea, hic nihil juris
 habent) simplices. Non enim primo solum obtuiv[er]unt partes ejus
 familiares & simplices videntur, sed etiam illas, ut sunt, animo cog-
 templanti, quin etiam sensuum fide veritatem accuratius explo-
 ranti idem constat. Sed ad materiam.

14. Quæ etiam non excrementum fuliginosum,
 perentem procrusum, sed propria maxime ac singularis
 procul dubio humorum pars (alii ænificos humores ap-
 pellant) & succus non excrementitius, sed in suo equi-
 cipio coagulationis & naturæ balsamo imprægnatus (quo enim
 plus hæbet in proportionem terrestris materia, eo magis ac faci-
 lius compingitur, induratur, conservatur. Res enim omnes, quæ
 concreverunt, continent, ut corallia, quæ pene ipsa in eis abe-
 unt, ovorum testæ aquæ lapides factæ, vitriolum, alumen, nitrum,
 crystalli quæri, & in plantarum aliisque in ipsa aqua concreverunt,
 ossa & cornua animalium, copiosum salium proventum in destil-
 lationibus suppeditant. Quare & Charleton Chymico-Philoso-
 pho passim inculcat & præcipit p. 36. 37. vim *λυωμένην* & i-
 atribuendam esse, & hinc calculos fieri statuit, propterea quod
 materia viscinosa, tartarea, suapte natura ad coagulationem
 vergat; adducit *Quoquidam Claudium Alberium, Placerum, Senner-
 tum, Gvarionomium, Horstium.* & p. 41. præter novitios *Crellium Se-
 verinum Hartmannum, Quercetanum*, antiquissimum citat *Hor-
 metem Trimegistum*, cujus hac fuisse verba Severinus testatur:

Salis

*Salis est, ut corporibus in mundum prodituris soliditatem coagula-
do praestet. Hinc Consummatissimus Sennert c. 2. f. 768, Consensu
& Differens vidisse dicit, multoties in spiritu, Coralliorum spiri-
tu, Margaritarum, oculorum (9. & aliorum mineralium, etiam
vini essentia solutus esset, paucis guttulis iterum coagulari, & in
corpus redigi. Confer. scient. Natur: Tom. 3. part. 1. Sect. 2. c. 3. p. m,
457. & seqq. It. Excell. Dn. Doct. Mœbius de fundamentis Medic. c.
11. f. 171. & c. 18. f. 314. & alibi,*

15. Notanter dicebamus: singularis humorum pars (alii
vocant eam terrestrem montanarum herbarum ac aromaticarum
succum, cui etiam virtutes, quibus unicornu gaudet, adscri-
bere satagunt, de quo tamen sub finem aliquid, certo vero her-
bas pro unicornu generando materiam praebentes, nemo hacte-
nus ausus est determinare. Tutius ergo procedimus, si partes
terrestres, seu juxta Joach. Becher. in *Phys. subterr. l. 1. S. 2. c. 5. p.*
34. ipsam terram pro fundamento supponamus. Intellige ter-
ram heterogeneam. *Alimenta enim inquit Hippoc. de prisc. me-
dic. quibus vescimur aliena sunt, ἀνεργὰ καὶ ἄλογα multa conti-
nent, quae in corporis alimentum abire non possunt, ideo a facultate
expultrice, tanquam alienum quid, aut mox in principio, quo ad fieri
potest, aut demum successively secerni debet.* Ex quibus omnibus apparet,
nos alienos etiam ab eorum sententia esse, qui praeter succum ter-
restrem a suo impraegnatum, neglecta formâ specifica bruti, alium
sibi architectonicum spiritum, praeditum, facultate formatrice
distinctâ (quam Omnipotens Deus Creator pro infinita sua sapien-
tia certis saltem partibus indidisset, & cornificam appellare so-
lent,) fingunt,

16. Properandum jam ad affectiones, si prius, ne ope-
ram aliquibus perdere videamur, Διαιτησιον ejus seposuimus
Licet quidem docente Cortesio & Fabr. Hildan. *observ. Chirurg.
Cent. 4. obs. 25. p. 307.* vix ac ne vix aliquid ex signis concludere va-
leamus, tamen quod vix prodest, non statim plane nihil prodest.
Cæterum si signorum morborum ignorantia medicum imperi-
tum arguit, monente B. Sennert. *l. 5. part. 4. c. 3.* etiam hic loci si-
gna inquirere & observare non erit de nihilo. Etenim si rebus
Medicinalibus in continuo usu recipiendis (quemadmodum B.
Dn. D. Rolinc. *l. de purgant. vegetab. c. V. de Tamarindis*, cum
Veneriis studiorum gratia versaretur, observavit,) multum frau-

discrepat, multo minus mirum esse potest, si idem unicornu contingat, quod quidem hactenus censurâ accuratiorî caruit, præter illam, quæ à vulgo suo tempore fuit adhibita, quod progressionem longiore, ob negligentiam, obscuritatem etiam clarissimis inducit. Quæ tanto major tandem fuit eò, quod rarissimè, & non nisi in Magnorum Principum gazophylaciis inveniatur. Quæ sane omnia curiosis ansam exhibere potuerunt, vera falsis miscere, ad eò, ut in locum Unicornu veri, quod Magnatibus in deliciis esse sentiebant, fragmenta forsan cornu adusti, eboris aut aliorum osium, vel genus aliquod lapidum, si non substituerent, tamen eidem admiscerent. Quam ut eludere possimus fraudem, sequentia quædam signa omnino observatu videntur digna. Sed hic iterum prudentia & consilio opus, ne falsa, quæ circum feruntur, aut superstitiosa pro veris indubitatissq; arripiamus & in eadem juremus. Quemadmodum unicornu præsentente veneno sudare in vulgus creditur. Jam vero, si quæritur, utrum & quâ ratione fieri possit, ut sudorem verum emittat, oppido hæret aqua. Sudare certe est effectus intrinsicus beneficio animæ excitatus, & unicornu quatenus à corpore avulsum & in rem medicam adhibendum, caret ista animâ; unde igitur effectus? An ad qualitates occultas fugiendum? At vero neq; hæc agunt supra vires. Andræas Bacc. *L. c.* quidem refert, Ceraſtis (serpentis quoddam genus est, cujus Albertus M. Ulyſ. Aldrovand. D. Joh. Vesling. ap. *Bartholin. p. 6.* Jonſton & alii mentionem faciunt) cornua: Item lapidis quoddam genus, colore glauco, obscuro, quam serpentinam linquam vocant, etiam præsentente veneno sudare, sed analogice, vel improprie; quemadmodum videmus, polita & lucida omnia, circumdata aeris humiditate, accedente calore, quodammodo alterari & quasi sudorem emittere. Verum cum iste effectus, seu obfuscatio aliunde, absente etiam veneno, contingat; non est, ut pro indubitato quoddam signo accipiamus.

17. Superstitiosum autem, quod de Judæo Veneto Jordanus, Aldrovandus aliiq; de aliis agyrtis perhibent, qui magicis incanta mentis araneos, serpentes, atq; scorpiones, ne definitum transgredierentur circulum, quam beneficio unicornu rasi, vel triti effecerunt, fascinarunt. Verba Germanico Textu adduxit B. Sperl. *Inſt. Phys. l. 6. c. 11. p. 927. ex Baſilij Triumphwagen*

Antimon. p. 66. quem vide. Ubi qq alii probationis modi simul exant; quippe si nummus arte excavatus aquæ immittatur, ut huc illucq; libere natate possit; dein unicornu, citra tamen corporalem contactum applicetur, ex exemplo nummum per virtualem contactum ita propelli, ut fugam quasi capessere videatur. E contrario frustrum panis purissimo & aquâ repleto vasi indas, eoq; quo supra, modo applices unicornu, & videbis mirabilem effectum, ut dum removes unicornu, etiam panis pedetentim sequatur, eo, ut D. Kergerus *de ferment. sect. 1. c. 5. p. 46.* putat, modo, quo ferrum Magnetem, ab eodem tractum, sequitur. Nos quidem, quod rei veritatem concernit, eam in dubium vocare non conabimur. Cum etiam Dn. D. Reissel ex Hanovia *Literis ad D. Sachsum Urales. laviensis* manibus oculatis hoc naturæ jucundum certamen spectaturus, magnâ animi voluptate utrumq; verum esse viderit, sed ita, ut unicornu aquam attingere debuit. Imo ex analogia concludens, de cornu Cervi idem forte futurum, tentavit & invenit eundem effectum. Idem etiam de terris & aliis alexipharmacis conjiciens eandem, sed suis, circumstantiis variatam pugnam in papyro, testa ovi, opereulis cochlearum, vitri frustulis, scutellis cupreis, spongia, acu ferrea, natantibus aliisq; observasse se testatur. Verba ejus notatu digna sunt: *Circulari demonstratione res fiat clarior: Obulus si innatat, deprimis aquam sua gravitate, pellitur à tangenti & intruso quovis corpore (non solo Unicornu) quia aqua circa illud adhaerens altior est horizonte illius; qua sub obulo depressa est, cum qua obulus ex altiori ad inferiorem fluit locum facile; ex inferiore ad altiorem difficile ascendit. Accurrit obulus obule, quia aqua circa utrumq; humiliorem destuit, continuitatem quarit, & si non in horizonte vasis, saltem in aequilibrio quietem invenit. Mica panis contra, circa quam altior est aqua horizonte, dum poris ipsius se insinuat, accurrit facile vel mica, vel corpori alii, circa quam aqua, altior est, & in aequilibrio quiescere vult. Accurrit tandem obulus facilius ad latera vasis fidei, quia ibidem aqua ad latera profundius adhaeret, mica vero ad madefacti latera, quia utrinq; altior Horizonte, aequatius sese conjungit. Nil igitur ad occultas qualitates, in re tam parvi momenti, confugere attinet.*

§ 18. Haut nullius quoq; momenti aliquibus videtur, si Unicornu aquæ calenti vel vino injectum bullas excitet. Hoc autem animadvertentes fanatici ossa & cornua alia in cineres re-

degerunt; quibus eandem ebullitionem non infeliciter præstiterunt. Contendit quidem Baccius, Unicornu in hoc ab aliis contradistingvi, quod liqtori injectum simpliciter ebulliat, licet minime combustum. ita enim *l. c.* inquit *Integrum illud Sandyonianum præter illa, quæ Lutetia apud Mercatores visa fuere, quæ non combusta, nec alioquin calcinata, tamen nihilominus vino injecta bulliunt.* Verum quis in eo acquiescere velit. Provenit ista ebullitio à siccitate Unicornu, quâ ratione etiam putredini resistere, vermibus & venenis extingvendis conferre creditur; tamen propter eandem etiam Terra armena, aliaq; multa commendantur. Melior forsân probandi ratio fuit, quam Cardinalis quondam Tridentinus ingressus, qui præsentibus aliquot Dominis Arsenicum duabus Columbis exhiberi curavit, à cujus oblatione uni ex his raturâ Unicornu tantum, quantum grôssus caperet, propinari iussit; quæ perperis aliquot Symptomatibus ad se rediit, altera vero duabus circiter horis ab ejus assumptione exspiravit. Quod postea sæpius illis, qui venenum se hausisse suspicati sunt, prosperrimo cum successu exhibuit. Tale quoq; periculum, data occasione, in canibus fieri poterit, notis tamen quas Communis orbis Medicus Sennertus *Srient. Nat. p. m. 423.* notas fecit, non neglectis. Ita enim ille: *Sappositivum unicornu facile discerni potest à genuino. Nam verum durum & solidum est, ut vix radi, multo minus teri possit, nec lingua admodum adhaerescit, instar terra sigillata. Cetera autem, ut unicornu fessile durum non est, sed quasi calcinatum, facile frangitur, linguaeq; adhaeret instar marga alicujus & Schröder l. c. l. V. C. 1. d. anim. part. p. 313. Unicornu ab Ebore distinguitur fibris subtiliores habet, simul ac solidius quas & gravius & c.*

S. 19. Audivimus supra, & omnes fere Autores in eo consentiunt, belluam Unicornu dictam, ferocissimam, & ut Franz. *Histor. animal. c. XI.* vult, propter ferocitatem inexpugnabilem esse, ut proinde desertissima loca & altissimos montes inhabitare dicatur. Conferret. Schott. *l. c.* Si quidem non solum Plinius, Solinus, Alianus, aliiq; Veteres id asserunt, sed in Scriptura S. his longe antiquior id præsupponit, ubi docetur, nullis vel vinculis, vel arte cicurari posse. Neq; contrarius adeo Ludovicus de Barthema, qui duos Monocerotes Mechæ sibi visos mites testatur; e quidem non incredibile, tales à teneris ungviculis crateribus, seu claustris inclusos manifestatos fuisse. Quæritur exinde non immerito, quæ ratione cornu (unicornu) in hominum potestatem veniat? Nos

tum Rheno dæo respondendum cenſemus; cum *Monoceros animal rarum ſit & ferum, nunquam cicurabile, niſi forſan ad huc pullus, quod tamen raro ſit, capitur, nec ei, uti cervus, cornua quorundam annis decidunt, colligitur, Unicornu non niſi dejectum, ſeu cum beſtia ſimul, ſive ab alio quodam violento principio, præ primis cum ad majorem ætatem pervenit, cadat, ab hominibus inveniri.* Tætzes *Cbilia* §. c. 8. *æarm.* 7. *D. Gregorius l. 31. moral. c. 13* *D. Iſidor lib. 12. Orig. c. 2.* *Albert. M. lib. 22. de animal, Beda, Wolffgang. Frantz & alii plures alium cornu Monocerotis adipiſcendi modum adduxiſſe volunt. Ita enim in communi ſentiunt: Unicornus ut cunq; ſevum ſit, tamen femininum ſexum veneratur, ad feminas accedit, juxta eas in ſomnum reſolvitur. Et ita de lapſum ſæpe capitur, ligatur, donec tandem ejus cornu reſecetur.* Hunc capiendi Unicornu modum imitentur, quibus placet, nobis potius aliquam allegoriam hic latere; verofimilius videtur. Antiquitate in ſymbolo ſibi figurâ Unicornu, in gremio Virginis quieſcentis propoſuiſſe, legitur; quæ quidem de cauſa, non a deo certe conſtat. *Baccij*, cum quo non immerito hac in parte facimus, fert opinio, Veteres amoris ingentem vim repræſentare voluiſſe. Ita, ut Unicornu, quantumvis fera, feræ illis aliis ſui generis, teſte *Æliano*, inimiciſſima, & propterea ſemper ſola per deſerta & inacceſſibilia loca ambulans, excepto illo, quo coitum appetit, tempore, ubi vi amoris coacta, omni ferocia depoſita, cum illis converſatur, uſq; dum illas concepſiſſe intellexerit. Confer. *Ionſt. l. c. de Monocer. p. 39.* amor tamen interdum cedere, illiq; victam ſe tradere cogatur, veluti *Herculis* ferociam placante, *Xenocratis* inhumanitatem fregiſſe, & *Salomonis* lapientiam dementaſſe fertur. Novimus quidem, quod *Plinius & Albertus M.* per hanc allegoriam caſtitaſtem adumbratam velint, verum in quo rationem ejus quærant, nondum videmus.

§. 20. Non obſtante igitur raritate, ultra de loco, ubi invenitur, brevibus diſſeremus. *Ælunias* montes eſſe ait in intimis *Regionibus Indiæ Orientalis* aſperriſſimos & feris reſertos, ubi quæ apud nos domeſtica ſunt, feræ eſſe ajunt, & in iis *Monocerotem*, quem *æpæ* *æpæ* vocant, numerant. *Garzias* ſuos inter promontorium *Bonæ ſpei*, & illud quod vulgo de *Currentes* nuncupatur inveniri ſcribit; *Æneas Sylvius*, cui aſſentitur *Nic. Venetus* in extremis *Aſiæ* partibus, in quadam provincia, nomine *Macino* inter *Montes Indiæ & Catajum*, ubi vulgo creditur habitare *Sericos: Sic ſic dicitur A-*

ga (Orator Solimanni ap. Maximilianum Imperatorem, Marcus Scherer ante abjuratam Christianam religionem dictus, & Ulyssis Aldrovandi Popularis) Viennæ in frequenti primariorum Virorum Corona ausus est proloqui, se in Arabiæ desertis vidisse gregatim ut armenta obversantes Monocerotes. Marcus v. Polus variis locis Monocerotes reperiri ait, apud Tartaros in Regno Mien & in Regno Gutzerat, quod confine est Regno Indico Malabar & in Regno Basmo Javæ Majoris. Frequentes m. esse in Regno Lambri ejusdem Insulæ, meminit *lib. 3. c. 15.* & Cardanus *lib. 10.* postquam bestiam descripsit adjungit hæc: *Nascitur in Æthiopia inter solitudines squalentemq; terram, atq; inter serpentes.* Talia quoq; ap. Hieronymum in *Neuerfenten Mohrenland Besch. 16. 32.* leguntur verba *Es werden in den rauhesten und cuffersten Gebürg Nania der Africanischen Provinz Agaos Portugisen verbannet, welche von der Höhe dieser Berge das Einhorn in den Matten haben weiden sehen.* Quicquid igitur sit, in horum Auctorum fide dignissimorum relationibus acquiescere cogimur, quemadmodum non probabile, uno saltem loco, sed partim in Syriæ, partim Indiæ & Arabiæ locis quibusdam reperiri.

§. XXI. Ieterim hoc certissimum, quod in Principum & Illustriû potestate fuerit & adhuc sit. Sic verissimum & omnibus notis correspondens Unicornu, ponderis juxta quosdam *lib. XVII.* cum *Unz. 1. j.* Lutetiæ in Templo S. Dionys. elegantissimum asservatum. Cui responderet & id, quod Metis in Belgio conspectum fuit. Taceo argentinense in sacrario cathedralis Ecclesiæ asservatum, duo illa, quæ Venetiis in S. Marci Sacrario visa fuerunt. Quid dicam de illis binis Clementis V. M. P. O. M. B. altero ipsius Nepotis, Illustrissimi Principis Petri Cardinalis Aldrovandi, à Viro infinitæ lectionis Aldrovando lustratis, quod in *paralytom. d. quadrup. fol. 22.* testatur? Conferri posset poculum pretiosissimum, quod magno Hetruriæ Duci donaverat Alvarez Mendosa à Narlingæ Rege acceptum, nisi Aldrovandus scrupulum injiceret. Quid multis? ipse Scaliger Niceæ aliq. quod, alia alibi à se visa testatur. Imo Camera admirandorum Dresdenensis eo sane non caret, & Fridrichsburgi Daniæ Regis Unicornu à quamplurimis lustrati. Quare non est, ut cum Boot. l. c. Bellonio & Anonymo quodâ, qui an. 1647. insignè de Grœnlandia Tract. Lingv. Vernac: edidit; talia quæ nos enumeravimus cornua, ceti cujusdâ dentes esse credamus. Quamvis non igitur credamus, in Regno Daniæ à

liq̄bi; q̄vo ex Grœnlandia & Islandia ferunt ejusmodi dentes ex
cujusdam Cete, Narhual dicti (cujus Cl. Bartholin. & Wormius
mentionem faciunt) maxilla superiore prominentes & longi ali-
quot pedes, reperiantur.

§. XXII. Reliquum adhuc est, ut de virtutibus ejus brevissimè
agamus. Dòlendum autem, quòd quidè satis multæ, sed partim veræ
& in principiis naturæ fundatæ, partim fabulosæ, ita tamen cū hi-
storiiis mixtæ, ut licet omnem fidem excedant, nihilominus pro ve-
ris teneantur & secretorū quoq; loco vendantur; Quòd alias quidè
in foro medico frequentissimè ~~Videri~~ Videri vanitates istæ possunt apud
Marfil. Ficin. l. c. Verū n. vero, quòd *Septalius c. 27 p. 73.* conqueritur,
inquiens, *Panaceam Universalem, quam Bezoar esse Logiatri aliqui
imaginari sunt, ne credas; dum enim nimium illi tribuere conati sunt,
plurimum illius gloriam labefactarunt;* id etiam nos de unicornu in-
geminare possumus Nihilo secius tamen plane nullum in medi-
cina usum non habet, imo magis excellentem. Paulus Jovius refert
Bartholomæum Livianū symbolum habuisse, in quo unicornu fron-
te inclinatā cornu rivo alicui infundebat, cum Emblemate: *Venena
peño*: quòd Sambucus quoq; suis Emblematibus inseruit, mutatis
saltem verbis: *Preciosum quòd utile*: E quibus apparet, Unicornu
non infimas obtinere virtutes. Attribuunt autem eidem tam oc-
cultas, quam manifestas gravissimi Medicinæ Antistites. Ita enim
experientissimus naturæ Consultus Schröderus in *Pharmacop. Med.
Chym. Lib. 1 C. XI. p. 49.* Unicornu verum sudoriferum est, alexiphar-
macon ac cordiale; Hinc laudatur adversus venena, morbos conta-
giosos & proficuum quoq; censetur in Epilepsia Infantum. Singula
verba singularem mererentur explicationem & applicationem; ve-
rum promissime mores, falcem in eam jam non mittimus messem;
potiora tamen quædam degustare liceat. Quando sudoriferum
dicitur, notentur verba Celeberrimi Dn. D. Sennert Magni Parentis
Magni Filii in *Disp. de Scorbuto*: *Sudorem moventia duplici ratione
operantur, vel per se, quatenus vi suo volatili ac aromatica alterandi
Sanguinem obtinent potentiam, vel per accidens, quatenus ea impedi-
menta, quæ Sanguinis liberum motum inhibebant sic viscida incidendo,
aut acida precipitando, tollendi virtute pollent.* Facilis jam erit ap-
plicatio ad unicornu tam manifestas, quam occultas virtutes. Quòd
herbas aromaticas, quibus bestia vesci creditur, attinet, cerū est vi-
tus rationem multum conferre ad cujuslibet corporis vivi tem-
peramentum;

tum; docende Hor. Augen. tom. Ep. 1. Ep. 7. an verò exinde
 omnis effectus deduci possit, ingens postulatum est. Notum
 enim est, quod Gazella Sola Moschum producat, nec ta-
 men Sola Indicis herbis mirè redolentibus velcitur: Quod vene-
 nis, resistat, apud omnes in confesso est; an vero omnibus (quorum
 numerus est in numerus.) obicem ponat, nondum sit verisimile. Ita
 quoq; Vossius *L. c. p. 1089.* Ut cunq; cornuum istorum (de Rhino-
 cerotis & Monocerotis loquitur) aliquam vim talem videantur
 obtinere, non sine causa tamen eò multorum vergit opinio, cornua
 ista variis antidotis esse temperata, ut non tam cornibus, quam ei,
 quod accessit fraude humana, vis illa debeat: & hujus inter alia
 argumentum petere licet è cornu isto monocerotis, quod à Judæo
 quopiam Veneto Senatui fuit divenditum. Vocatur tamen alexi-
 pharmacon. Alexipharmaca autem inquit B. Sennert. *Iust. Med. Lib.*
V. part. 1. c. XVIII. omnia, si rem accurate assememus, tota substantia,
ut loquuntur, seu occulta proprietate, id quod præstant, efficiunt. Si
enim manifestis qualitatibus agerent, altera nec potius, quam alexi-
pharmaca dicenda forent. Confer Horst. Iust. D. XX. p. 133. Liddel &
alii. Uterius intellectus debilitas penetrare nescit, imo hebetatur
 plus scrutando, ac si quis splendorem Solis intueatur. Veritatè oc-
 cultarum qualitatum qui cupit, adea sæpius laudatum Schröderū
L. c. p. 49. Sennert. Sperling. & plures alios. Plura quæ in Joële
 & Libris Practicis de Unicornu leguntur, jam afferre non attinet,
 quin potius Coronidis loco *Ἰνὸν* Joh. Mich. Fehr. in *anchor Sa-*
era p. 67. addimus: *Clariff. Bartholinus cent. 4. Hist. 4. § 19. & 50. accu-*
vato habito hujus rei examine, & multorum Unicornum compara-
zione, factiq; experimentis, sanctè asseverat, verum illud Unicornu a-
nimale quadrupedi hætenus creditum, dentem esse cujusdam balena.
 Cum igitur pari utrumq; vitio & flagitio sit expositum jure merito
 cum Sennerto, Heurnio, Cratone, Horatio Augenio, Horstio &c:
 vel cornu Rhinocerotis, quod in officinis passim venit, vel tenella
 Cervi cornua, vel eorum adutorū apices crudos aut leviter saltem
 calcipatos cum felici successu tories & à tantis viris usurpatum,
 substituitur Confer in hanc rem D. D. Mœbius in *Disp. inaugural. de*
Natura Cervi sub fine ejus. Nos vero DEO, cum quo incepimus,

Conditore nostro O M. pro viribus concessis, *Laudes,*

Honorem & gloriam decantamus,

IN SECULA NUNQUAM TERMINANDA!

